UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Sancti Martini Collegivm Middelburgense in Vvestmunster.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

Visual Library

Nicolaus à Caſtro, patria Louanienſis, olim collegij Buslidiani in ea Academia preſes, qui anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio Middelburgi obijt.

Secundus fuit, *Ioannes à Stryen*, Zelandus, qui regio paſtorum ſeminario Louanij Præfectus ibidem obijt.

Tertius fuit *Philippus Rodoarius Berlegemius* vir generis nobilitate, alijſque virtutibus clarus, qui poſtea factus eſt Epiſcopus Brugenſis.

Sunt autem in diœceſi Middelburgenſi oppida ſubſequentia: Middelburgum, Vliſſinga, Vera, Gouſa, Ziricæa, & Romersvvalia cum Tola inſula.

SANCTI MARTINI COLLEGIVM *Middelburgenſe in VVeſtmunſter.*

Collegium iſtud duodecim Canonicorum fundatum eſt à Maximiliano Imperatore & *Maria* eius coniuge anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono 7. Idus Iunij.

SANCTI LIVINI COLLEGIVM *Ziricæum*

Fundatum eſt collegium iſtud XXIV. Canonicorum ab *Auberto* Bauaro, Hollandię & Zelandiæ Comite, anno trecēteſimo ſeptuageſimo octauo.